

P. S. Hester er nu her uforskammet dyre, saa jag veed dem aldrig at have været i saa høy Priis; thi for smaae Hester gives nu 100 Plaater Stykket og vel mere. Adjeu.

Linn. Soc., Vol. II: 117—118.

¹ Biskop JOHAN ERNST GUNNERUS, se Afd. I: D. 2, s. 285, not 2.

BORN, IGNAZ VON.

Född 1742 i Siebenbürgen, österrikiskt bergsråd, död 1791 i Wien.

210.

Viro Illustriss^{mo} Carolo a Linné Equiti Aurato de
Stella Polari,

Salutem dicit Born

Ubi primum me Historiæ Naturalis studio, quod a prima ætate me delectavit maxime, dederam, scriptaque tua cultissima, quæ semper erant a me expectata vehementer, pervolverem, tantum te ob summum ingenium tuum, doctrinam, industriam et insignem modestiam mirifice amabam ut desiderarim sæpissime animum meum tibi palam facere. Incitabant ad id Viri, quos Patria nostra alit, in Historiæ naturalis studio clarissimi, et ut quædam, quæ in itineribus mineralogiis per Hungariam, Transilvaniam et Bohemiam omnem a me susceptis collegeram, et ad augendum Musæum tuum amplissimum facerent, transmitterem, svadebant. Deterruit me semper pudor pene subrusticus, donec ex litteris, quas ad Ferberum¹ dabas nuperrime, intelligerem, tuis curis me Academiæ vestræ amplissimæ et celeberrimæ adscriptum esse, quod æque, ac ea quæ inde proficiscuntur ornamenta studio tuo, hominem in Historiam naturalem propensum incendendi magis magisque et amicissimi Ferberi diligenti comendationi quæ apud te valet plurimum, debeo. Ingratus forem, si morarer diutius te rogare ut tibi persuadeas, me non his tuis officiis tantum, aut fortuito ad amplitudinem tuam officiis meis amplectendam incidisse, sed ob amplissimum nomen tuum, et quod studerem semper ut tibi possim conjunctissimum et devotissimum animum meum pro viribus